Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">  <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



ezechiel

111

de terra fuerat et postea restaura et sic ppl'm q̃ congregatus ex
gentibus q̃ possidet orbem et esse hitator umbilicus terre Saba et da
dan et negotiatores tharsis et omnes legiones eius dicent tibi Venisti
ad sumendam spolia ecce venis. Ecce ad diripiendam pdam congregasti
multitudinem tuam ut tollas argentum et aurum et auferas supplex
lectilem atq; substantiam et diripias manubias divitias. Propter
hoc vaticinare fili hominis et dices ad gog. hec dicit dnus deus Nonne
in die illo cum habitaverit ppls meus israel considerabit. Sicut venies de
loco tuo a lateribus aquilonis tu et ppli multi tecum ascendentes equi
universi exercitus magnus et exercitus vehementis et ascendens
super ppl'm meum israel qui nubes ut operiat terram. In novissimis
diebus eris et adducam te super terram meam ut sanctificetur gentes me
cum sanctificatus fuero in te coram oculis eorum o gog. hec dicit dnus deus
Tu ergo ille es de quo locuti sum in diebus antiquis in manu servo
rum meorum prophetarum israel qui prophetaverunt in diebus illorum per annos
ut adducerem te super eos. Et erit in die illa in die adventus tui gog
super terram israel ait dnus deus. ascendet indignatio mea in furo
re meo et in zelo meo in igne irae meae locutus sum. quia in die illa
erit commotio magna super terram israel et commovebuntur a facie
mea pisces maris et volucres celi et bestiae agri et omne reptile
quod movetur super humum. cuncti qui homines qui sunt super faciem terre et subver
tentur montes et cadent saxa et omnis murus in terram corruet
Et convocabo adversum eum in cunctis montibus meis gladium ait do
minus deus. Gladius unusquisque in fratrem suum dirigetur. Et
iudicabo eum pestilentia et sanguine et imbre vehemenci et lapidibus
imbris ignem et sulphur pluam super eum et super exercitum eius et super
ppl'os multos qui sunt cum eo Et magnificabor et sanctificabor et no
tus ero in oculis gentium multarum et scietis quia ego dnus (c. 39)

Tu autem fili hominis vaticinare. XXXIX

Adhuc super gog et dices. hec dicit dnus deus Ecce ego super te
gog principem capitis mosoch et thubal et convertam te
et educam te et ascendere te faciam de lateribus aquilonis et adducam te
super montes israel et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua.